



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XXXII. De Themistio Philosopho, & quomodo Valens ejus oratione lenitus,
de persecutione Christianorum aliquantulum remisit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

conjugis sermo, consilium iniiit de Iustina uxore ducenda; ita tamen ut Severam non repudiaret, ex qua filium habebat Gratianum, quem paulo ante Augustum nuncupaverat. Legem igitur à se dictatam publice per singulas civitates proposuit, ut cuius liceret duas simul uxores legitimas habere. Et lex quidem ita proposta est. Ipse vero Iustinam duxit uxorem, ex qua Valentinianum juniorem suscepit, tresque præterea filias: Iustam, Gratam & Gallam. Quarum priores quidem duæ in virginitatis proposito perseverarunt: Galla vero Imperatori Theodosio seniori postmodum nupta est: ex qua ille Placidiam filiam sustulit, Arcadium siquidem & Honorium ex Flaccilla priore conjugè suscepit. Verum de Theodosio ejusque liberis, suo loco sigillatim dicemus.

γυναικὸς λόγον, ἀγαγέας τὴν ἰεστίναν ἐξ ἑλῶσατο, μὴ ἐκβαλὼν τὴν σούθεραν, ἀφ' ἧς αὐτῷ γρατιανὸς ἐγενόνη, ὃν μικρὸν ἔμαρ παρὰ ἀνιγορόδικῃ βασιλείᾳ νόμον ἐν ἑσπαγορόδικῃ δημοσίᾳ ἀποστήσειεν, πόλεις, ὡς ἐδὲ ἐξ ἑσπαγορόδικῃ νόμῳ δύο νομίμως ἔχειν γυναικας, καὶ ὁ μὴν νόμος ἀποστέλει ὁ ἴσχυρῶς ἰεστίναν, ἀφ' ἧς αὐτῷ γέννη ἑσπαιντιανὸς τὸν νέον, καὶ θυγατέρας τρεῖς, ἰεστα, γρατα, γάλλα, ὧν αἱ μὲν δύο παρθενεύσαι διετέλεσαν γάλλαν ἡ ὕστερον βασιλεὺς ἐγένετο θεοδόσιος ὁ μέγας, ἀφ' ἧς αὐτῷ πακιδία θυγατέρα ἐγένετο δεκάδιον γὰρ ἐνώπιον ἐκ πακιδίας ἔσχεν τῆς παρθέρας γυναικὸς παρὰ μὲν ἐν θεοδοσίᾳ καὶ τῷ γόν αὐτῷ, καὶ τὴν ἰεστίναν χῶραν ἐρεμῶν.

C A P. XXXII.

De Themistio Philosopho, & quomodo Valens ejus oratione lenitus, de persecutione Christianorum aliquantulum remisit.

Interea Valens Antiochiæ degens, ab exteris quidem bellis liber ac vacuus erat. Quippe omnes circumquaq; Barbari suis se finibus continebant. Eos vero qui confubstantialis fidem profitebantur, graviter impugnabat, acerbiora indies supplicia adversus eos comminiscens. Donec Themistius Philosophus atrocitatem ejus aliqua ex parte mitigavit, dicta illi oratione quæ προσφωνητικὸς inscribitur: in qua Imperatorem admonet, ne magnopere miretur quòd tanta sit dogmatum diversitas apud Christianos. Eam enim exiguam esse, si cum multitudine & discrepantia opinionum quæ apud Græcos sunt, conferatur, quippe cum apud istos plures quàm trecentæ sint opinioniones. Porro ex varietate opinionum, necessario consequi maximam dissensionem. Deum tamen hac opinionum varietate delectari, ut singuli majestatem ipsius magis reverentur, vel ob id quod difficile est cum cognoscere. Hæc & ejusmodi alia cum philosophus ei exposuisset, aliquanto mitior in posterum factus est Imperator. Nec tamen furorem ex animo penitus abiecit: sed mortis loco exilium itrogavit sacerdotibus. Tandem vero hunc quoque illius impetum represit hujusmodi calus.

Κεφ. λβ.

Περὶ Θεμιστίου τοῦ φιλοσόφου, καὶ ὡς ἐκ τῆς προσφωνητικῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐλάττωσε τὸν κατὰ χριστιανῶν ἰμπεριαλὲς πόλεμον.

Ὅταν ἦ ἐν τῇ ἀντιοχείᾳ διάγειν, ἀπὸ τῶν ἐξωπολέμων τέως ἡσύχως πάντα χόθεν γὰρ οἱ βάρβαροι τὰς οὐκ ἐμῶν χώρας δεινῶς ἡ ἐπολέμει ὅσοι ἐν ἡσυχίᾳ τὸ ὁμοίσιον, καὶ καθ' ἑκάστην μείζονα τὰς ἡμετέρας ἐφένεισκεν κατὰ αὐτῶν αὐτῶν τὴν πολλὴν ἀπήνειαν ὁ φιλόσοφος ἰμπεριῶν μετῴξεν τὴν προσφωνητικὴν εἰργάσατο, ἐν ᾗ μὴ δὲν ξενίσεως ἐπιτήδεωσιν τῶν χριστιανικῶν δογμάτων ἀπὸ τῆς βασιλείας μικρὰν γὰρ εἶναι τὴν αὐτῶν ἀποφῶν, ὡς παρὰ τὸ πλῆθος καὶ συγχύσει τὴν παρ' ἑλλήσι δογμάτων εἶναι γὰρ ὡς τριακόσια δογμάτω καὶ παρὰ τὸ δόξαν ἀνάγκης καὶ τὴν διαφορίαν εἶναι πολλήν. ὁ δὲ αὐτῶν τε ἕως τὸν θεὸν διαφόρως δόξαν δαίμων ἕκαστος πλέον αὐτῶν τὴν μεγαλειότητα φοβοῖτο, ἐκ τῆς μὴ ἀποχέου ἔχειν γινώσκον αὐτῶν ταῦτα ἐστὶν τοιαῦτα ἔσονται σοφῆς προσφωνητικῆς, πρῶτον ὅτι σιλεὺς ἐγένετο ἔμην τελέως ὅσοι τ' ὄντι ἀλλὰ ἀντὶ θανάτου ἐξορίαν ἐπέθειν ἐπὶ τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσιν, ἕως ἀπέπαυσε αὐτῶν καὶ ταύτῃ τὴν ὁρμὴν ἐπιγυμνάσει πρῶτα τοιούδε.